Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Quorum enim eventus est aut equale aut equa-
le aut non equale. Hec igitur ad
aliquid omnia secundum numerum dicuntur et numeri
passiones. Et amplius equale et
simile est idem secundum aliquem modum dicuntur
dicuntur secundum unum. Omnia eadem. Nam
quorum est una substantia similia non quo-
rum qualitas est una. Equalia
vero quorum quantitas est una. Unum
autem numeri principium et me-
trum. Quare hec omnia ad aliquid
dicuntur secundum numerum. Quidem non eodem
modo. Activa vero et passiva secundum
potentiam activam et passiva
sunt et actiones potentiarum ut calefactivum
factivum et calefactibile quia potest
et iterum calefaciens ad id quod calefit
et secans ad id quod secatur
tanquam agencia. Eorum vero
que sunt secundum numerum non sunt ac-
tiones. Sed aut quomodo in aliis
dictum est. Autem secundum motum acti-
ones non existunt. Eorum autem que
secundum potentiam et secundum ipsa iam dicuntur ad ali-
ud quod fecit ad factum et facturum
ad faciendum. Sic enim pater dicitur
filii pater. Hic quidem enim fecit, illud autem
passum quid est. Amplius autem quedam
secundum privationem potentie ut impossibile
et quecumque sic dicuntur ut invisibile.
Secundum numerum quidem igitur et potentiam dicta
ad aliquid omnia sunt ad aliquid
eo quod ipsum quod quid est alius
dicitur ipsum, sed non eo quod aliud
ad aliud. Mensurabile vero et
scibile et intellectuale eo quod
aliud ad ipsum dicitur ad aliud dicun-
tur. Nam intellectuale significat
quod ipsius est intellectus. Non
est autem intellectus ad hoc cuius
est intellectus. Bis enim idem dic-
tum utique erit. Similiter autem et alicuius
visus et visus non cuius est
visus, quamvis verum hoc dicere. Sed ad
colorem aut ad aliud aliquid tale.
Illo vero modo bis idem dicetur quia est
visus cuius visus est. Que quidem secundum se
igitur dicta ad aliquid hec quidem
sic dicuntur, illa vero si ipsorum genera sunt
talia, ut medicina eorum que ad
aliquid quia ipsius genus scientia
videtur esse eorum que ad aliquid. Amplius se-
cundum que habentia dicuntur ad aliquid
ut equalitas quia equale et simi-
litudo quia simile est. Alia vero secundum
accidens ut homo ad aliquid quia ei
accidit duplum esse aut album si ac-
cidit eidem esse albi et dupli esse.

Perfectus vero dicitur unum quidem cu-
ius extra aliquid accipere
nullam particulam ut tempus
perfectum uniuscuiusque hoc extra quod non
est accipere tempus aliquod quod sit huius
temporis pars. Et quod secundum virtutem et
quod eius quod bene non habet excellen-
ciam ad genus ut perfectus medicus
et perfectus fistulator quando secundum speciem
proprie virtutis in nullo deficiunt.
Sic autem transferentes et ad mala
dicimus calumpniatorem perfectum
et latronem perfectum quando et bonos
dicimus ipsos ut latronem bonum
et calumpniatorem bonum. Et virtus
perfectio quedam. Unumquodque enim tunc per-
fectum et substantia omnis tunc perfecta secundum
quod secundum speciem proprie virtutis nulla
deficit pars eius que secundum naturam magni-
tudinis. Amplius autem quibus inest
finis studiosus, hec dicuntur perfecta.
Secundum autem habere enim finem perfecta. Quare
quoniam finis ultimorum aliquid et ad
prava transferentes omnino per-
fecte perditum esse et perfecte corrup-
tum esse quando quidem nihil deest corrupti-
onis et mali, sed in ultimo est.
Quapropter et mors secundum methapho-
ram dicitur finis, quia ambo ultimo
ambo. Finis autem et cuius